



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCCIX. König Kasimir von Polen verschreibt dem Markgrafen Ludwig und  
seinem Gefolge sicheres Geleite um zu ihm von Friedeberg nach Polen zu  
kommen, am 7. Dezember 1334.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

compescendas tenebimur et debemus iuare subsidiumque et auxilium eisdem prestare cum omni diligentia qua valemus. Similiter si nos contra aliquem de vassallis domini marchionis nostri avunculi memorati aut eius subditos excessum quemcumque habuerimus, contra ipsum nichil attemptabimus, sed id avunculo nostro dilecto significabimus, ut nobis subsidium et iuamen prestet ad consequendum de ipso delinquente amoris seu iustitie complementum. Vt autem hec nostra unio et confederatio firma et inconvulsa perpetue perseveret, nostrum et karissimi nostri primogeniti buggizlai predicti sigilla presenti scripto desuper confecto duximus apponenda. Datum et actum Zweth, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup> in vigilia barbare virginis.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kab. Archives I. C. 4 in quarto Bl. 19. — Gercken's Cod. I, 152. 153.

DCCIX. König Kasimir von Polen verschreibt dem Markgrafen Ludwig und seinem Gefolge sicheres Geleite um zu ihm von Friedeberg nach Posen zu kommen, am 7. Dezember 1334.

Nouerint uniuersi presentem literam inspecturi, Quod nos Katzmirus, dei gratia rex Polonie, dedimus, donamus, damus et presentibus elargimur Illustri ac magnifico principi domino Ludouico, marchioni brandenburgensi, amico nostro sincere dilecto, uniuersisque secum venientibus cujuscunque conditionis, preeminentie siue status fuerint, pre singulis nobis intendentibus, parere volentibus et sub nostro dominio residentibus libere et securitatis conductum ad nos civitatem posnaniensem veniendi, ibidem pro sue voluntatis beneplacito standi, morandi ab eaque recedendi dum voluerit, saluis suis secumque venientium rebus pariter et personis, quousque ciuitatem suam Vredeberg vel alium in dominio suo situm locum, quem attingere desiderat, attigerit, sine suggestione doli cujuscunque duraturum, presentibus firmiter usque ad octauam purificationis sancte marie nunc venturam duraturis, Promittimus etiam pro nobis et pro omnibus, qui nostri causa faciunt et dimittunt. In quorum omnium euidenciam presentes ex nostra certa scientia iussimus nostro sigillo insigniri. Datum Postnanie, in crastino B. Nycolai confessoris, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>

Nach dem Copialbuche des Geh. Kabinet's-Archives I. C. 4. in quarto Bl. 12. — Gercken's Cod. I, 135.

DCCX. Johann von Buch, Hofrichters des Markgrafen Ludwig von Brandenburg, Lehns- und Rückkaufs-Revers wegen des Hauses, Weichbildes und des Landes Jericho, vom 26. December 1334.

Ik Her Jan von Buch, Riddere, Houerichter des hochgeborn Fursten Margreuen Ludowich von Brandenburg, bekenne opelken an desem jegenwerdigin Breue, dat ik,